



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens septem Tractatus
Theologiae Moralis praecipuos. Primus, in ordine septimus, est de Oratione
... Septimus, & latissimus, de Beneficiis Ecclesiasticis

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

Qui nomine clerici privilegio fieri gaudentes intelligantur. punct. 2

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76561)

ipse à Christo Domino immediatè sit exemptus, non est ita certum. Probabilis credo sic exemptum esse, tum ex illo *Matth.* 17. ubi Petrum à solutione tributorum exemptum esse iudicavit: præcepit enim solvi tributum pro se & Petro, non quia debitum esset, sed ne alij scandalizarentur. Ex qua exemptione inferitur exemptio à fori iurisdictione, vtpotè Pontificem minus decenii. Tum ob supremam potestatem, quam habet in Principes, & Dominos temporales, illos imperandi, & gubernandi, quatenus suæ Ecclesiæ vitum fuerint necessarium. Quæ potestas excludit omnino ut possit capi, & puniri à Principe seculari sibi subiecto, vtpotè quid indecens, & indecorum tali supremæ potestati. Et præterea quia ex tali potestate potest ipse Pontifex Principem secularè impedire ne ipsum capiat, & puniat. & quicquid in contrarium fecerit irritare, & an nullatè. Ergo impossibilis est potestas Principis in Pontificem, cum non possit efficaciter contra voluntatem Pontificis executioni mandari. Ex quo fit non posse Pontificem alterius iurisdictioni se submittere quoad vim coactivam; quia sumper ab ipso Pontifice omnis iurisdictione pendet, & reuocari potest, & eius efficacia impeditur: quæ omnia latius pro sequitur Suar. in *defens. sibi lib. 4. de immunit. Ecclesiast. cap. 4. §. 6. & 7. Mol. Thologus ass. 31. concl. 4.*

PUNCTUM II.

Qui nomine clerici privilegio fori gaudentes intelligantur?

- 1 Quilibet prima tonsura initiatus gaudet hoc privilegio spectato iure communi.
- 2 Quid in hac parte disposuit Trident.
- 3 Habens beneficium, præsimonium, capellaniam collatiam, imò & coadiutorium ex assignatione Pontificis hoc gaudet privilegio.
- 4 Pensionarium plures censent non gaudere. Probabilis est oppositum.
- 5 Titulus beneficij sufficit, tamen si illius possessionem non habeas, in probabiliori sententia.
- 6 In minoribus constitutus debet habitum, & tonsuram à ferre, & alicui Ecclesiæ inseruire ex Episcopi assignatione, ut fori privilegio gaudeat.
- 7 Vtrunque portare debet, & habitum, & tonsuram, & hoc frequenter.
- 8 Qua ratione debeat Ecclesiæ inseruire.
- 9 Coniugatus in minoribus constitutus plures condiciones habere deest, ut privilegio gaudeat, & expenduntur hic prædictæ condiciones.
- 10 Religiosi tam viri, quam femina hoc privilegio gaudent. Et qui intelligantur.

1 Spectato iure communi quilibet prima tonsura initiatus intelligitur ex c. 2. de foro competenti, ibi aut Clericum vllum cenio cum ibi notariis de Clericis coniugatis in 6. cap. Clerici, cum non ab homine de iudicis: & tradit Covar. *pract. q. 4. n. 5. in fine. Ignat. Lopez pract. c. 62. n. 9. Fatin lib. 1. tit. de inquisit. q. 8. n. 5. Suar. lib. 4. de immunit. cap. 27. n. 3. August. Barbosa de potest. Episc. 2. p. allegat. 12. n. 1. & alij apud ipsos. Ratio est: quia Clericus ille dicitur, qui in forem Dei vocatus est, clericus, cap. perlectos 21. dist. cum secundum de Præbendis. Ad eum quis prima tonsura initiatur, in forem Dei, eiusque ministerium, & seruitium vocatur, & deputatur. Ergo.*

2 Verùm attento Trident. *sess. 23. cap. 6. de reformat. nullus clericus in minoribus constitutus fori privilegio gaudet, nisi beneficium Ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum, & tonsuram deferens alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi inseruiat, vel in seminario Clericorum, aut in aliqua schola, vel universitate de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores suscipiendos, versetur. Ratio autem quare Trident. has speciales condiciones requisivit in Clerico minorum ordinem ea est, quia Clericus minoris ordinis non tenetur in clericatu perseverare cap. Ioannes de Clericis coniugatis, sed potest illum deserere, quod aliter contingit de Clerico in sacris, qui sine apostolica statuta delerere non potest, & ad portandum clericalem habitum cogi potest, iuxta text. in cap. tu de Apostatis in cuncta glossa. Ergo conveniens erat in minoribus Clericis qualitates expositulæ deonantes perseverantiam in statu clericali.*

3 Dixi, nisi beneficium Ecclesiasticum habeat. Nomine autem beneficij ad huiusmodi effectum intelligi quodlibet ius perpetuum percipiendi fructus, tamen si fructus ob penuriam temporum, vel alia de causa non percipiuntur: sic Garcia de *benefic. 1. p. cap. 6. num. 37. & 2. p. cap. 2. num. 9. August. Barbosa alios referens 2. p. de potest. Episcopi. alleg. 12. n. 7. Hinc fit habentem præsimonium in titulum, si cui sunt omnia Hispana, privilegio fori gaudere; quia beneficium propriissime habet, ut tradit alios referens Salzedo *pract. cap. 61. num. 11. Garcia 1. p. cap. 2. num. 117. Aloysius Riccius pract. resolut. 327. vers. suscit. tertio, Gonzalez ad reg. cancellaria, glossa 15. §. 2. m. 11.**

August. Barbosa *alleg. 12. num. 11. & alij. Secundo, fit habentem capellaniam collatiam à Pontifice, vel Episcopo eodem privilegio frui, quia verè est beneficium: sic aliis relatis Salzedo *num. 11. Barbosa num. 10. cum Glossa in clem. fm. in glossa 1. de Decimis, & in extrava. exco. rabi. in verbo que alium de Præbendis inter communes. Fit Tertio, coadiutorum canonicorum à Pontifice assignatum hoc privilegio gaudere; quia in la coadiutoria, cum habeat annexum obsequium spirituale, perpetuum beneficium nominatur, saltem ad hunc effectum: sic Garcia 2. p. cap. 5. n. 98. Barbosa 2. p. potest. Episc. alleg. 12. n. 1.**

4 Sed dubium est, an pensio sub nomine beneficij ad hunc effectum comprehendatur? Negant Flamin. de *reformat. lib. 1. quest. 11. num. 70. & lib. 2. quest. 15. num. 15. Azbedo leg. 1. num. 5. vers. sed an pensio. tit. 4. lib. 1. noua compilat. Carolus de Grassis de effectibus cleric. effectus 1. num. 199. cum segg. Nicol. Garcia de benefic. 1. p. cap. 5. num. 70. Gonzalez reg. 8. cancell. glossa 5. §. 5. num. 6. Aloysius Riccius in de cif. curia archiepisc. Neapolit. 2. p. dec. 71. n. 11. & decif. 92. num. 10. ad finem Zenedo *pract. & canon. quest. lib. 1. quest. 4. num. 32. cum §. 99. Moutentur, quia pensio non est proprie beneficium, eo quòd non sit ius perpetuum percipiendi fructus ob spirituale obsequium, si quidem pensionarius moriente spirat; & confirmari potest ex cap. quamuis, & primo, de Præbendis in 6. ubi mandatum providendi de beneficiis, non potest. xvi huius decreti de pensionibus providendi. Ergo pensio sub beneficio non comprehenditur. Item in cap. ad audientiam, vel secundo, de rescriptis, pensio à beneficio distinguitur ubi annuas pensiones, seu beneficia. Idem colligitur manifestè ex Trident. *sess. 21. de reformat. cap. 2. ubi nullus permittitur sacris initiari ad titulum patrimonij, vel pensionis, nisi necessitas, aut commoditas Ecclesiæ arbitrio Episcopi à iud. studeat, sedis verò ad titulum beneficij. Adde pensionarium non esse obligatum horas canonicas recitare, sed tantum officium paruum Virginis. Ergo non est beneficium: Et ita referunt decem Garcia, Gonzalez, Zenedo, & alij his verbis, cui referuata fuit pensio de Clerico, si non incedit in habitum, & tonsuram non gaudet privilegio fori. Ceterum probabilis credo pensionem sub nomine beneficij in favorabilibus Ecclesiæ comprehendendi. Tum quia pensio data in titulum dici potest ius perpetuum percipiendi fructus; siquidem non finitur durante vita, quæ autem pro tota vita conceduntur perpetua sunt: sic docet Salzedo *pract. cap. 62. num. 10. Eman. Rodriq. tom. 1. sum. cap. 155. num. 11. Lazate de Alcauala cap. 17. num. 24. Ciescent. decif. 1. 4. de sentent. & re iudicata, August. Barbosa 2. p. de potest. Episc. alleg. 12. num. 8. & in remis. concilij. sess. 23. cap. 6. ubi refert sic decilium fuisse à sacra congregatione 18. decemb. 1595. Neque obstant in contrarium adducta, quia illa verissima sunt, & probant pensionem sub beneficio non comprehendendi in odiosis, & quæ Ecclesiæ, vel particulari infesta sunt. Et ad responsonem factæ congregationis dicit Suar. *lib. 4. de immunit. Ecclesiast. cap. 27. num. 11. se non credere esse fideliter transcriptam.*****

5 Secundo, dubitatur an debeas beneficij possessionem habere, an solus titulus sufficiat? Negant titulum sufficere Clarus in *S. fm. quest. 36. num. 2. vers. hæc autem in fine. & vers. regulariter autem, ubi Baiard n. 14. Malcard. de probat. concl. 302. num. 16. & 17. Menoch. conf. 10. num. 6. cum §. 99. Sigismund. Scaccia de iudic. caus. civil. lib. 1. c. 11. n. 82. Fatin. lib. 1. praxis. q. 8. n. 45. & 70. Carolus de Grassis de effectibus cleric. effectus 1. num. 1187. Aloysius Riccius *prax. fori Ecclesiast. resolut. 327. num. 1. in 2. edit. Tulchus pract. concl. lib. 2. concl. 78. num. 8. Ratio esse potest, quia absque possessione non datur firmum ius in beneficium, cum multis modis impediti possit; alias si solus titulus sufficeret ad hoc privilegium, plurius ratione vnius beneficij privilegium competeret, instituto nempe, & possideri. At probabilis credo titulum sufficere, dum de eius nullitate non constat, sed potius validus reputatur: sic sacra congregatio censuit 16. Julij 1587. prout testatur Barbosa in *remis. concilij. sess. 23. cap. 6. de reformat. his verbis, Clericum prima tonsura presentatum ad capellam sacerdotalem, qui super talem presentationem admittit à Papa novam provisionem, etiam in vi motus proprii, posse in suis causis civilibus gaudere privilegio fori, quantum possessionem beneficij non habeat propter alium, quem contra quem litem movit. Ratio ea est, quia collatio beneficij verum ius in beneficium confert, & cui facta est, beneficiatus dicitur, maxime in iis, quæ privilegium statui clericali favorabile respiciunt: & ita tradit Melco in suo repertorio, verbo obtrine dicitur quis beneficium, Flamin. de *reformat. lib. 7. q. 1. n. 47. Covar. lib. 3. variat. c. 16. in prin. Gigas de pensionibus. q. 94. n. 12. Zenedo *pract. & canon. quest. lib. 1. q. 4. n. 22. Rebuff. prax. 3. p. tit. de Simonia in resenat. à n. 25.*****

6 Tertio, dubitabis, an Clericus beneficiatus, in minoribus constitutus, debeat portare habitum, & tonsuram, ut fori privilegio gaudeat? Negandum videtur: quia vnum è duobus requisitum est à Trident. *sess. 23. cap. 6. ex illa dictione aut, quæ coniungit, & ita tenet expressè Gonzalez reg. 8. cancell. glossa 5. §. 5. n. 5. Garcia de benefic. 2. p. cap. 2. num. 4. & 5. August. Barbosa in supradicto decreto concilij. & 2. p. de potest. Episc. allegat. 12. n. 6. ubi plures refert Farinac. q. 8. n. 70.*

Verum

Verum si Clericus in minoribus constitutus beneficium Ecclesiasticum non habeat, tenetur habitum, & tonsuram deferre, ve fori privilegio gaudeat, & insuper de mandato Episcopi alicui Ecclesie inferuit, aut de eius licentia in clericorum seminario, vel schola, aliquae in vniuersitate vestari, quasi in via ad maiores ordines suscipiendos.

7 Circa quae aduertit vtumque portare debere, & habitum, & tonsuram, neque sufficere vnum alio omisso; quia per dictionem copulatiuam & fuit a concilio requisitum ex reg. l. hac verba 124. ff. de verbos. significat: & tradit alios referens August. Barbosa 2. p. de potest. Episc. alleg. 12. num. 14. Modus autem portandi vestem, & tonsuram clericalem debet esse frequens, & continuus; alias privilegio carebis absque vlla monitione: sic Marc. Anton. var. resol. 48. n. 7. Riccius in praxi fori Ecclesiastici, resol. 530. 2. edit. num. 4. Barbosa alleg. 12. num. 19. Suar. lib. 4. cap. 27. num. 12. At si ex aliquo casu contingenti laicas vestes induas, non ob id privilegio fori priuatus manes; quia sufficit te solum esse clericalem vestes portare, ab vfu enim frequentiori denominatio defumenda est: sic Farinac. lib. 1. praxi, tit. de quib. 8. a num. 66. & seqq. August. Barbosa 2. p. de potest. Episc. alleg. 12. n. 20. Marcus Anton. d. res. tit. 48. n. 7. & Suar. supra, Sanch. disp. 46. n. 8. lib. 7.

8 Secundo, aduertit debere de mandato Episcopi alicui Ecclesie inferuire; inferuire, inquam frequentius quia non sufficit bis, vel ter inferuire: quia verba illa perseverans seruitium ind. canonic. Zenedo pract. & canon. quest. lib. 1. quest. 4. num. 25. Carolus de Grassis de effectibus cleric. effect. 1. num. 1183. August. Barbosa in remission. concilij, sess. 23. cap. 6. circa finem, & 2. p. de potest. Episc. alleg. 12. n. 14. Item debet illud seruitium esse de praesenti, alias non dicitur inferuire, sed seruasse: sic Grassis num. 1177. & Barbosa supra. Item debet esse in spiritualibus, hoc est in exercitio sui ordinis: sic relati Doctores. Deinde debet esse frequenter, seu pro maiori parte temporis. Vnde interpolatio aliquorum dierum, si iterum reuertat, non tollit privilegium, Barbosa de alleg. 12. num. 13. An vero debeat esse eidem Ecclesie ab Episcopo assignata, affirmat Grassis n. 1170. & videtur ibi consensere Barbosa supra. Quia alteri Ecclesie inferuiat, non verificatur inferuire de mandato Episcopi, sed ex voluntate propria. Ceterum, credo sufficere, si ab Episcopo assignatus seruitio alicuius Ecclesie, cuiusque inferuiat; quia iam Ecclesie inferuit de mandato Episcopi, tamen non sit cui inferuire debeat: & ita sacram congregationem respondisse testatur Barbosa in remission. concilij, vers. vtrum Clericus. Hoc tamen mandatum Episcopi sufficit ore tenus datum. Tum quia ita habet praxis. Tum quia non expostulatur qualitas scripturae: sic Aloysius Riccius in praxi fori Ecclesiast. resol. 525. in 2. edit. & in 1. decis. 601. Barbosa alleg. 12. num. 23. Requiritur tamen esse expressum, neque sufficit implicitum in ordinum susceptione: alias frustra concilium expressisset: sic Menoch. de praesump. lib. 6. quest. 76. n. 41. Zenedo pract. lib. 1. quest. 4. n. 24. & 26. Barbol. d. alleg. 12. n. 13. & in remission. concilij, sess. 23. c. 6. fine. Eadem ratione explicanda sunt illa verba de licentia Episcopi in aliqua schola, vel vniuersitate, &c.

9 Quod si clericus in minoribus constitutus coniugatus sit, mandati Trident. sess. 23. cap. 6. seruari decretum Bonifac. VIII. in c. 1. de clericis coniugat. lib. 6. ubi hos depernit gaudere privilegio fori in criminalibus, dummodo habitum clericalem, & tonsuram deferant, & alicuius Ecclesie ministerio sint ab Episcopo deputati, & insuper cum virgine contraxerint: qualiter enim ex his conditionibus deficiente privilegio supradicto carent: sic Couarr. pract. quest. cap. 31. a num. 6. & 7. Carolus de Grassis de effectibus cleric. effect. 1. num. 84. Farin. lib. 1. tit. 1. q. 3. & n. 6. & seqq. & 64. August. Barbosa 2. p. de potest. Episc. alleg. 12. num. 25. & 27. Prima conditio ex consuetudine est explicanda. Ille ergo dicitur clericalem vestem portare, qui visa veste indicatur clericus, secus si laicus existimetur: sic alios referens Couarr. n. 7. Farinac. num. 69. Clarus q. 36. vers. dixit, clericum, Thom. Sanch. lib. 7. disputat. 46. num. 6. Suar. lib. 4. de immunit. Ecclesiast. c. 18. num. 4. vbi aduertit non sufficere, vt deferat habitum clericalem tempore quo in Ecclesia inferuit, sed necessarium esse, vt in communi ita incedat. De secunda condicione, nempe de deputatione ad seruitium Ecclesiasticum iam diximus. De tertia, scilicet matrimonio cum virgine, late Sanch. lib. 7. disputat. 46. Couarr. d. cap. 31. Farinac. prax. quest. 8. a num. 8. Sufficit, si tempore contracti matrimonij virgo fuerit, aut taliter fuerit reparata; esto postea adulterium committat; quia non attenditur euentus futurus, sed praesens praecipue in fauorabilibus, & absolute cum virgine dicitur contraxisse: sic alios referens Farinac. supra, & Sanch. num. 3. & August. Barbosa num. 26. Suarez. cap. 28. num. 7. Adde si a solo contrahente virgo fuerit ante matrimonium cognita, cum virgine reputatur contraxisse; quia copula antecedens matrimonium inter ipsos contrahentes, matrimonio ipso videtur purgata: sic ex communi sententia testatur Anton. Gom. var. resol. com. 3. cap. 10. a n. 4. Clarus in pract. §. fin. quest. 36. vers. quare an clericus, & vers. sed an ille. Farinac. quest. 8. num. 8. & Suar. lib. 4. cap. 28. num. 6. Deinde si matrimonium cum duabus virginibus fuit contractum, & cum vna sola consummatum, quia

altera vel mortua fuit, vel ad religionem transfuitante consummationem, non priuatur privilegio fori; quia non censetur bigamus; sed potius censetur contrahere cum vna, & virgine; alius enim contractus, quia consummatus non fuit, non reputatur: sic cum Glossa in cap. vnic. de Cleric. coniugatis in 6. tradit Suarez c. 28. n. 6.

10 Praeter supradictos alij, tamen ordinibus initiati non sint, clerici reputantur, & fori privilegio gaudent. Hi sunt religiosi, siue viri, siue feminae, etiam conuersi, vulgo dicti laici: sic enim vocantur, non quia religiosi non sint (sunt enim veritate qui professionem trium vororum emittunt in religione approbata) sed quia ministeria temporalibus deputantur absque villo ordine insigniti: sic Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 28. Carol. de Grassis de effectibus clericali, effect. 1. num. 97. Nicol. Garcia de benef. 1. p. cap. 4. num. 11. August. Barbosa 2. p. alleg. 12. num. 38. & Farinac. q. 8. num. 46. ampliat. 26. & probat textus in c. fin. de Religiosis domibus. cap. 3. de foro com. tenti, c. si quis suadente 17. q. 3. Secundo, nouit in religione approbata sub nomine Clerici, & religiosi in fauorabilibus comprehenduntur; quia licet verum religiosi non sint, cum professionem non emiserint, sunt tamen in via ad religionem, & hoc sufficit, vt fori privilegio gaudeant: sic multis exornat Farinac. quest. 8. num. 46. vers. ampliat. 16. Azor. 1. p. instit. moral. lib. 12. cap. 2. q. 2. Guttier. de gabelle. q. 95. num. 22. Barbosa alleg. 12. n. 37. & alij apud ipsos. Tertio sub nomine clerici, seu religiosi ad hunc effectum intelliguntur familiares religiosorum, vulgo dicti, qui se, & sua in religionis seruitium transtulerunt. Tullchus libr. O. concl. 16. Petegum. var. lib. 6. num. 71. Barbosa num. 39. Quarto comprehenduntur rectores Xenodochiorum: cum enim Xenodochium Episcopi auctoritate erectum locus sacri sit, & a laicali iurisdictione exemptus, etiam illius rector exemptus esse debet, Barbosa n. 40. cum Carolo de Grassis de effectibus clericali, effect. 1. num. 117. Quinto veniunt sub hoc privilegio fratres tertij ordinis D. Franciscus in communitate viuentes: quia hi religiosi sunt, vel saltem religiosam vitam imitantur, Grassis in decis. aureis, lib. 2. cap. 49. n. 27. Mol. de iustit. tom. 4. tract. 3. disput. 50. num. 4. Suar. tom. de censur. disput. 22. sect. 1. num. 10. Barbosa alleg. 12. n. 41. At si hi non in communi, sed priuati in propriis domibus habitent, esto plures Doctores, quos referat & sequitur Tullchus libr. E. concl. 470. Eman. Rod. tom. 2. quest. regul. q. 65. art. 4. censent fori privilegio gaudere, quia verum, & proprie religiosi sunt; probabilis reputo illo privilegio carere, & tanquam laicos iudicari, puniri que possit. Tum religiosi non sunt, cum non emittant tria vora substantialia secundum regulam a sede Apostolica approbatam, neque religiosam vitam degant, sed omnino saecularem, facitque Clement. III. de excommunicat. quatenus dicit tempore interdicti non posse hos a fratribus minoribus admitti ad diuina officia. Quod non fieret, si verum religiosi essent, sic alius relatus docet Malcaud. de probat. concl. 957. num. 6. Grassis de effectibus cleric. effect. 1. a num. 92. Mol. Theolog. tract. 3. disputat. 30. a num. 4. vers. de his, Barbosa alleg. 12. num. 41. Sexto comprehenduntur sub nomine clerici milites ordinis S. Ioannis, S. Iacobi, D. Benedicti, August. Lazarj, Stephani, & c. quia laici controuersum est, an verum, & proprie religiosi sint. Quapropter ex consuetudine iam recepta hi non iudicantur ab aliis iudicibus, quam a superioribus cuiusque ordinis: sic Grassis d. effect. 1. num. 109. Nauarr. conf. 12. & 13. de regularijs Barbosa n. 45. Septimo extenduntur aliqui hoc privilegium ad Eremitas, sed hoc intelligi debet, si in communitate viuunt religionis approbatae: sic extra religionem sub nullius obedientiam, quia verum laici sunt, nulloque privilegio fruuntur: sic Grassis d. effect. 1. num. 101. Man. Rodriq. tom. 2. quest. 60. art. 2. Barbosa num. 42. Mol. tom. 3. tract. 3. disput. 50. num. 4. fine, Sanch. in decal. lib. 4. cap. 16. num. 10. Octauo poterat extendi hoc privilegium ad penitentes. Sed iam non sunt in vfu illae solennes penitentiae praeter eas quas sancta inquisitio delinquentibus imponit, de quibus iam diximus, quia ratione inquisitoribus sint subiecti. Reliqui vero penitentes privilegio fori non gaudent: sic Grassis num. 127. Barbosa num. 44. Zenedo ad decret. collect. 34. Couarr. d. cap. 34. num. 4. Nondum privilegium hoc fori extendi dicitur, non solum ad clericos, sed etiam ad eorum famulos. Ad hoc intelligendum est non de quibuscunque famulis, aut de quocunque Clerico, sed solum de famulis Episcoporum, qui proprie famuli, & serui sint non mercede conducti, vt late, & erudite tradit Decian. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 47. & 57. Farinac. prax. quest. 8. num. 46. & facit textus in cap. fin. de officio Archiepiscopi. Item non debet intelligi spectato iure communi. Quia nullus est textus vt bene expendit Suarez. lib. 4. de immunit. Ecclesiast. cap. 29. a num. 10. haec exemptionem probans: & praecipue stante Trident. est manifestum; quia Trident. omnes in minoribus constitutos excludit a privilegio fori, nisi habeant beneficium, &c. Quocirca solum ex consuetudine intelligendum est; quae consuetudo rationabilis est, vt potest quae iurisdictionem, & auctoritatem Episcopalem fouet. Cum autem in 2. Ecclesiast. seruis 12. q. 2. Serui Episcoporum, & Clericorum ab oneribus eximuntur, id est, quia inter bona domini computantur. Decimo alij extendunt hoc privilegium fori ad uxorem Cle-

DI
LAIS
PAT
II

riti coniugati: sic post alios antiquiores Tiraq. post leges con-
nubiales, glossa 2. n. 54. Avile: in capitib. praeorum procmio,
glossa 1. n. 18. Anton. Cucus l. 3. insit. maiorat. tit. 9. n. 20. & alij
relati à Sanch. lib. 7. de matr. disp. 47. n. 2. Probatur primò. Quia
privilegium domino concessum omnibus qui sunt de familia
conceditur c. fin. de officio Archidiacon. At vxor est de viri familia
l. mulieres. C. de dignitat. lib. 12. Et l. fin. ff. ad municipalem.
Secundò vxor foris debet forum viri, ex l. cum quidam
quella ff. de iurisd. om. iud. Tertio, exemptio à tributis data
Clericis eorum vxoribus communicatur ex l. 2. Cod. de Episco-
pis & Clericis. Tandem in quavis dispositione stricta quae con-
ceduntur viro, vxori censetur concessa iuxta doctrinam glossa
in c. ad monere, verbo partem 33. q. 2. Verum hoc argumentum lo-
lum conuenit privilegium concessum domino omnibus ex
eius familia competere, quando ratio concedendi privilegium
aliis praeter primum privilegium potest conuenire. At cum
hoc privilegium in reuerentiam clericalis ordinis concessum sit,
nemini praeter ordinarios potest hæc reuerentia conuenire: eaque
de causa hoc privilegium personale est, non reale, neque aliis
ab ordinatis competit. Solum de exemptione à tributis est spe-
cialis dispositio, vt vxoribus clericis competit. Sed hoc est spe-
ciale iure antiquo, non ex nouo. Bonifac. v. III. de clericis con-
iugatis in 6. & Trid. sess. 23. c. 6. de reformat. vbi clericis con-
iugatis solum fori privilegium gaudere conceditur in criminali-
bus, vt dicemus. Affirmandum ergo est hoc privilegium fori
Clericis concessum, nequaquam ad eorum vxores extendi: sic
aliis relatis Sanch. lib. 7. de matr. disp. 47. n. 3.

Ex quo fit, si Clericus ad sacros ordines ascendat, vxore in
saeculo manente, nullo modo vxorem privilegio clericali gau-
dere, quia dissolutum est thorum, & mutua cohabitatio, quae
poterat esse occasio fruendi privilegio viri: sic Sanch. num. 7.
cum Alexand. de Neuo cap. 2. de foro competenti, num. 22. Secun-
dò, fit à fortiori viduum vxorem nullo modo privilegio vi-
ri gaudere, tamen si dicemus viuentem viro privilegio viri ei
communicari, quia solum communicatur ei in consequen-
tiam viri privilegia. Ergo cessante privilegio principali, ces-
sare debet accessorium: & sic tradit cum glossa loquente de filijs
l. 3. C. de Episcopo & Clericis & ibi Baldo num. 5. & Alexand. de
Neuo supra Sanch. disp. 47. n. 4.

PUNCTUM III.

Explicantur aliqua dubia circa superiorem
doctrinam,

- 1 Clericus in minoribus constitutus si habitum dimittat, potest
illum reassumere, vt privilegio gaudeat, tamen si plures
contrarium sentiant.
- 2 Si tempore quo habitum dimisit delictum committat, & postea
habitum reassumat, negant plures gaudere. Probabilius
est oppositum.
- 3 Si tempore, quo habitus est dimissus, capiatur à iudice, non
gaudet privilegio.
- 4 Quando censetur fraus commissa in assumptione habitus cle-
ricalis.
- 5 Clericus negotiatores probabile est privilegio fori priuari, oppo-
situm probabilius.
- 6 Quid dicendum de clericis arma gestantibus.

Primò dubitatur, an Clericus in minoribus constitutus,
sive solutus, sive coniugatus, si dimittat habitum clerica-
lem, possit iterum illum reassumere, vt fori privilegio gau-
deat: Negant Afflicti. lib. 1. constitut. Rub. 3. num. 22. Auendan.
de exequendis mandatis. Regum, lib. 1. cap. 22. num. 15. & con-
sentunt communiter Doctores Padouæ, vt testatur Ioann. Andre.
cap. Ioannes de clericis coniugatis, quæst. 4. num. 19. & ibi An-
thartan. num. 10. quæst. 4. Ratio esse potest: quia illa dimissio
habitum est quædam privilegij renuntiatio, sed quoties quis
privilegio renuntiavit, si renuntatio illa acceptatur à superio-
re, privilegium amittit, ad illudque redire non potest. Ergo
si hæc renuntiatio iam non est locus penitentiae; quia illa
renuntiatio à superiore acceptatur; si quidem statim Clericum
priuat privilegio clericali, & in hoc sensu est vera regula illa,
Quod semel plura, amplius displicere non potest, & facit c. vt
quis duas, de electione in 6. cap. unico de Posulat. pralatorum
in 6. redeundi ad aliam Ecclesiam postquam vnã elegerit sibi
licentia penitus interdicta.

Ceterum, tenendum omnino est privilegio gaudere reas-
sumpto habitu, sic post alios antiquiores, quos referunt, doc-
cent Couarr. pract. quæst. cap. 31. num. 8. vers. 5. Petr. Barbos.
l. fin. 35. num. 33. ff. soluto matrim. Iulius Clarus lib. 5. pract.
S. fin. quæst. 36. num. 15. Thom. Sanch. lib. 7. de matr. disp. 45.
num. 29. Suar. lib. 4. de immunit. cap. 27. n. 18. Ratio est, quia
ex duplici capite provenire potest, quòd Clericus dimittens ha-
bitum clericalem, illo reassumpto non gaudeat privilegio fori.
Primò, quia illud renuntiavit per dimissionem habitus, illa
renuntiatio acceptata fuit. Secundò, quia in perpetuum ob-

illam habitus dimissionem illo privilegio priuatur, sed ex nullo
horum capitum inferitur hæc inhabilitas perpetua. Non ex ren-
unciatio: quia privilegium clericali statui competens nemini
licet renunciare cap. si diligenti de foro competenti, & fuit deci-
sum à sacra congregatione 11. Junij, 1587. prout referunt Suar.
sup. 3. & Aug. Barbos. in remissionibus Concilij, sess. 23. cap. 6. de
reformat. his verbis. Quidam Clericus characterem insignitus be-
neficium Ecclesiasticum obtinuit, cui postea animo vxorem du-
cendi una cum clericatu renuntiavit. Deinde non sequens ma-
trimonio clericalem habitum reassumpsit, & aliud beneficium
exigui redditus adeptus est dubitatur, an gaudeat privilegio fori.
Congregatio censuit gaudere, quia privilegio clericali renun-
ciari non potest. Ergo ex renuntiatione nequaquam potest inhabi-
litas reddi ad privilegium antea habitum. Ex secundo, autem ca-
pite nullo modo inhabilis redditur. Tum quia illa non est priua-
tio penalis, quæ supponat delictum, cum iuramentum fuerit hoc Cle-
rico habitum dimittere, sed solum est priuatio legalis ob non
seruatam conditionem. Cum ergo illa conditio perpetua non sit,
sed semel assumpta, dimitti potest, & iterum reassumi, efficiunt
priuationem privilegij cum illa coherere, quod non leuiter indica-
cat Clem. l. de vita, & honest. clericorum, iuxta glossam ibi ver-
bo quamdiu, ibi Privilegium clericale quamdiu præmissis insti-
terint, eo ipso amittant: Est ergo amissio privilegij non absoluta,
sed quasi conditionalis, dum conditiones ad illud habendam
non seruantur: facitque textus in c. clericus, & 2. de vita, & ho-
nest. clericorum, vbi Clericus qui vxorem duxit dimissa tonsura
præcipitur, vt iterum tondeatur, si velit, inquam, privilegio gau-
dere, vt explicat Abbas ibi n. 4.

Neque obstant contraria adducta, quia hic Clericus dimittens
habitum non perdit privilegium, quia illud renuntiaverit,
sed quia non seruat conditionem ad privilegium requisitam,
lex autem constituit amissionem huius privilegij perpetuam, sed
solum pro tempore non seruatæ conditionis; quia neque in
Concilio Trident. sess. 23. cap. 6. neque in cap. unico de clericis
coniugatis in 6. sunt aliqua verba taliter indicantia; in d. potius
inducunt contrarium. Si quidem dicitur Clericum in minoribus
constitutum, gaudere nolumus privilegio clericali, nisi habi-
tum, &c. quasi diceret, quicumque in minoribus constitutus,
qui habitum, & tonsuram deserat, &c. gaudere volumus privi-
legio clericali. At qui semel habitum, & tonsuram dimisit, po-
test postea illud deferre. Ergo potest privilegio gaudere. Adde,
illa limitatio nisi habitum, &c. est restrictiva iuris communis,
Ergo solum intelligi debet restringere ius commune quamdiu
est, & non alio tempore.

Hinc optimè inferit Sanch. aliis relatis lib. 7. disp. 46. num. 30.
Clericum ducentem vnã vxorem, eamque virginem, conse-
qui, ea mortua, omnia privilegia clericalia, quæ solutis Clericis
conceduntur, si eas condiciones præstet, quas alij Clerici soluti
ad gaudendum privilegio seruare tenentur. Quia non fuit illis
privilegiis ob matrimonium in perpetuum priuatus, sed solum
fuerant ei suspensa durante matrimonio.

2. Secundò, & difficultus dubitatur, an Clerici minorum ordi-
num habitum clericalem longo tempore non deserentes ob
cuius causam censentur privilegio esse priuati, si tunc aliquod de-
lictum committant, & illo commisso habitum reassumant, privi-
legio gaudeant in illo delicto: Et ratio difficultatis est, quia tunc
illa delicta commissa sunt ab homine laico. Ergo videntur de iu-
risdictione laicali esse. Ergo ob nouam habitus reassumptionem
iurisdictioni Ecclesiasticæ non possunt conuenire. Item quia ad
gaudendum fori privilegio semper tempus delicti videtur spe-
ctandum, argum. l. 1. ff. de penis, vt multis relatis docere videtur
Thom. Sanch. lib. 7. de matr. disp. 46. n. 10. iuncte n. 4. Ceterum,
verissimum est privilegio gaudere; sic tradunt à nos referentes
Suar. tom. de defens. fidei, lib. 4. de immunit. Ecclesiast. c. 15. n. 16.
& c. 27. n. 18. Couarr. cap. 31. n. 7. August. Barbos. alleg. 12. n. 28.
Farinac. q. 8. n. 66. Carol. de Grassis de effectibus cleric. effect. 1.
n. 81. & decisum refert à sacra congregatione Barbosa in re-
mission. Concilij, decreto 6. sect. 23. de reformat. his verbis.
Censuit Congregatio Clericum coniugatum, qui post dimissum
habitum, & tonsuram clericalem pro delicto aliquo in curia
laicali est citatus, & ob contumaciam condemnatus fuerit: Si
deinde reassumpto habitu, & tonsura (modo non in fraudem)
Ecclesie inseruiat iuxta hoc decretum non posse à iudice laico
propter hoc delictum in carcerem conici, aut personaliter ad-
stringi, facit cap. si iudex laicus de sentent. excom. in 6. Ra-
tio est, quia quia clericis minoribus privilegium conceditur, dimi-
modo beneficium Ecclesiasticum habeant, aut habitum, & ton-
suram deserant, &c. Ergo quamdiu illud habent, privilegio gau-
dent iuxta textum in Clem. l. de vita, & honest. cleric. glossa
verbo quamdiu. Neque enim dictum privilegium limitatur iuxta
ad delicta commissa tempore clericatus, non ergo limitandum
est. Et confirmo ex l. hos accusare, ff. de accusator. vbi dicitur
accusandum non esse legatum provinciae de criminis commissio
ante legationem. Ergo nec Clericus coram tribunalibus seculari de
crimine ante clericatum commissio. Ad rationem dubitanti re-
pondeo delicta commissa tempore quo habitum clericalem di-
misisit iurisdictionis esse secularis; at reassumpto habitu Eccle-
siasticæ esse, sicut & est persona.